Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

puer mis. Nam et ego homo sum sub potestate ha
bens sub me milites: et dico huic uade et uadit: et alio
uem et uenit: et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autem ihs
miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico uobis non inuenio
tantam fidem in israel. Dico autem uobis quod multi ab orien
te et occidente uenient et recumbent cum abraham. et
ysaac. et iacob in regno celorum: filii autem regni eicient. in
tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Et di
xit ihs centurioni. Vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sa
natus est puer in illa hora. Dnica. iii. Ad Romanos

Fratres: Nemini quicquam debeatis: nisi ut inuicem di
ligatis. Qui enim diligit proximum: legem impleuit. Na
m non adulterabis. non occides. non furaberis. non falsum testimo
nium dices. non concupiscies rem proximi tui. et si quid est aliud man
datum in hoc uerbo instaurat: diliges proximum tuum sicut te ip
sum. Dilectio proximo malum non operatur. Plenitudo igitur legis.
est illo. t. Ascendente secundum matheum. Et est dilectio.
ihu in nauiculam. secuti sunt eum discipuli ei. Et ecce motus
magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus
Ipse uero dormiebat. Et accesserunt: et suscitauerunt eum dicen
tes. Domine: salua nos perimus. Et dicit eis. Quid timidi es
tis modicae fidei. Tunc surgens: imperauit ventis et mari.
et facta est tranquillitas magna. Porro homines mira
ti sunt dicentes. Quis est hic. quia uenti et mare obe
dit. Dnica. v. Ad colossenses

Fratres: Induite sicut electi dei sancti et dilecti uiscera misericordie benigni
tatem. humilitatem. modestiam. patientiam supportantes
inuicem et donantes uobis metipsis siquis aduersus aliq